Prouinciæ Hiſpaniarum, ſeu Barchinonen. Deputationis Vicarij Generalis.

3

Eme Dñe. NE EE. PP. grauentur onere reaſſumendi informationes in hac Cauſa diſtributas ſub die 26. Septembris 1704., in qua non fuit propoſita, iuuat in facto repetere, qualiter Reuerendiſſimus Modernus P. Prior Generalis Ordinis Seruorum, cum non potuerit per ſe ipſum intereſſe Capitulo Prouinciali Hiſpaniarum, vtendo ordinarijs ſuis facultatibus, deputauit ibìdem in Vicarium Generalem A.R.P.M.Laurentium Raymundinez Principalem; qui ita ſe geſſit, vt completo pacificè Capitulo, cupiens ipſe Pater Generalis ſeſe certiorem reddere de ſtatu Conuentuum, ac moribus Religioſorum dictæ Prouinciæ, idoneitatem dicti P. Raymundinez expertus, eumdem deputauit in Vicarium Generalem illius Prouinciæ cum iuribus, ac facultatibus omnibus, quibus cæteri Vicarij frui, & gaudere ſolent, prout *in litteris patentibus aliàs per nos datis, & in Summario Partis Aduerſæ impreſſo relatis Num. primo*.

Contrà hanc deputationem ſtatìm, ac de ea notitiam habuit, inſurrexit A.R.P.M.Felicianus Melich Aduerſarius, Modernus Prouincialis prætendens, P. Generalem in ea exceſſiſſe proprias facultates, adeòut, ad eum compellendum debitæ obedientiæ coactus fuerit P. Raymundinez Principalis expedire Monitorium coram A. C.; ſuper executione, & obſeruatione dictarum litterarum patentium, quo legitimè præſentato, prædictus Pater Prouincialis habito recurſu ad Auditorem Sanctiſſimi obtinuit, præuia auocatione ab A. C.; Cauſam remitti ad hanc Sacram Congregationem; ideò cum in præſenti, audito P.Procuratore Generali totius Ordinis, ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Card. Gabriellio ea proponatur, videtur omninò reſcribendum = *Deputationem P. Generalis in Vicarium Generalem Prouinciæ Hiſpaniæ in perſonam P. M. Laurentij Raymundìnez, ſubſtineri, & Patrem Prouincialem teneri parere dictis litteris patentibus, ac pro exequutione ad Reu. D. Nuntium Apoſtolicum in Regnis Hiſpaniæ commorantem*, prout humillimè ſupplicamus, & Voti compotes ex EE. PP. iuſtitia, & æquitate euadere ſperamus.

Siquidem de omnimoda P. Generalis libera facultate deputandi huiuſmodi Vicarios Generales non poteſt dubitari, cùm ei competat ius delegandi non ſolùm de iure communi, tanquàm Ordinario totiùs ſuæ Religionis vſque à momento ſuæ electionis, vt docent *Portell. dub. Regul. verbo Prælatus in add. num. primo, & 2.*

A P. Bor-

P. Bordon. controu. 45. *num. primo*, *Donat. rer. Regul. par.* 3. *tract.* 9. *quæst.* 4. *num.* 3., *Aluiset. de priuil. Regul. sect.* 3. *cap.* 23. §. *primo num. primo*, & 15., *clar. mem. Card. de Luca de Regular. discurs.* 8. *num. fin.*, sed in specie ius deputandi Vicarios ex ipsa Constitutione totius Ordinis Prælatis conceditur sub *Cap.* 31. *de Officio*, & *potestate Vicarij*, ibi = *Vt iustis de causis impediti alijs vices suas committere possint*, = & quidem ab ipso P. Generali, quod deputentur, ibi = *Vicarij Generales*, *qui transmitti solent in Hispaniam*, *Galliam*, *Germaniam*, *Corsicam*, & *Sardiniam*, = & hoc absque vllo temporis, seu actus præfixione, sed ad nutum, ibi = *Vicarij omnes substituti sint amouibiles ad nutum substituentium Superiorum*, = & prout latiùs in ipso Capitulo aliàs per nos allato, & *in Summario Partis Num.* 3., quam, & similes sanctiones esse omninò pro lege seruandas, tradit *Lezzan. summ. quæst. Regul. part. prima cap.* 8. *num. primo*, & *per tot.*, *Aluiset. de priuileg. Regul. sect.* 4. *dub.* 23. *num.* 23., *Rota decis.* 740. *numer.* 2. *coram Emerix Iun.*

Quam liberam facultatem P. Generalis frustrà exaduersò restringi, & coarctari prætenditur ad solùm casum celebrationis Capituli ex illis verbis eiusdem *Cap.* 31. = *Verùm quoniam nisi hæc facultas constituendi Vicarios lege coerceatur plura scandala parere solent*, *statuimus*, *vt Vicarius substitutus à Generali pro Capitulo Prouinciali celebrando locum Generalis teneat postquàm Capitulo congregato per Prouincialem ad hunc effectum patentes litteræ suæ substitutionis lectæ fuerint vsque dum Capitulum fuerit absolutum*. *Vicarius Generalis*, *tàm in Capitulo Prouinciali*, *quàm in Visitationibus possit vices supplère ipsius Generalis* &c. = Tres namque casus deputationum Vicariorum considerat ipsa Constitutio. Primùm indeterminatæ delegationis in verbis suprà recensitis declaratum. Secundum pro Capitulo Prouinciali. Tertium pro Visitationibus, prout in verbis mox relatis, restrictionem verò tantùm patitur in secundo casu, & ideò non valet extendi ad primum indefinitè prolatum, quod proindè remanet in sua libertate ad nutum iuxtà verba suprà relata; ex hoc namque claro modo diuersè statuendi clarè apparet diuersa mens statuentium, restringendi nempè in secundo, at non in primo ad vulg. reg., de qua cæteris relatis *Rot. decis.* 188. *num.* 4. *coram Emerix Iun.*, quæ casuum, ac respectiuè dispositionis diuersitas in eis euidens detegitur ex eo, quod nunquam in Sardinia, & Corsica celebrantur Capitula Prouincialia, vndè sicut restrictio ad actum Capituli verificari non potest in istis, ita patet ad oculos, quod nec ipsa restrictio sit admittenda in Hispania, & alijs Prouincijs sub eàdem enunciatiua in Constitutione cum Sardinia, & Corsica relatis obstante alia vulgata regula, quod posita sub eàdem determinatione diuerso iure non censeantur, de qua plenè ad *Text. in l. nam hoc iure* ff. *de*

ff. de vulg., & pupill., Rot. decis. 662. numer. 8. coram Emerix Iunior.

Et ratio ipsa fundamentalis diuersitatis dd. casuum diuersitatem quoque dispositionis in eis ostendit; ea nempè de causa apparet restricta iurisdictio Vicarij pro Capitulo, seu Visitationibus deputati ad solùm tempus actus Capituli, seu Visitationis explendi, quia de iure delegati ad certum, & determinatum actum, expleto actu, cessat delegatio; sed vbi delegatio non restringitur ad aliquē actum particularem, sed fit ad aliquā actuum vniuersitatem absq; tempore præfinito, tunc delegatio aliam non patitur restrictionem, quàm illā volũtatis delegantis, quę de iure cum nullibi coarctata reperiatur, ideò nec illa P. Generalis coarctata dici poterit in hac Constitutione indefinitè loquente, quæque ad terminum iuris communis est intelligēda, à quo passiuā cogitur interpretationem recipere, ad *Text. in l. 2. C. de noxal. action., Dec. cons. 75. sub nu. 1. circa fin., Panimoll. decis. 134. num. 15., Rot. decis. 757. num. 5. coram Dunozet. Iun., vbi concordan.*, adeòut si per impossibile dubia dici posset, stante dicta libertate delegandi de iure communi ei competenti tamquam Ordinario totius Religionis, cum restrictio constitutionis benè verificari possit in solo actu Capituli, seu Visitationis, satìs hoc est ad eam explendam, absque eo, quod extendatur ad facultatem indefinitam coarctandam cùm in huiusmodi particularibus sanctionibus semper ea capi debeat interpretatio, quæ minus lædat ius commune, ad tradita per *Panimoll. decis. 134. n. 16. Rot. decis. 398. num. 9. coram Gregor.*

Minusque excessisse proprias ordinarias facultates P. Generalem dicī potest in hac deputatione, ex eo quia tantùm ab ipsa Constitutione ei permittatur *iustis de causis impedito alijs vices suas committere*. Ideòque nisi constet de causa iusta non videatur deputationem posse permitti; Tùm quia iustitia causæ impedimenti reposita est in eius voluntate, quam nec alteri pandere, & multò minùs suis subditis de ea reddere rationem tenetur cum sit Princeps suæ Religionis, vt docet *P. Rodriquez tom. primo quæst. 68. artic. 3., P. Lezzan. consult. 39. num. 16., P. Bordon. controu. 45. num. 4.* cuius proindè assertioni ita standum circa iustam causam, ad *Text. in clem. 1, de Prob. l. fin. C. de leg.* Vt nec etiam probatio in contrariū admittatur, *Natt. cons. 447. n. 41. Valenzuol. cons. 4. à nu. 116., Valeron. de transact. tit. 4. q. 2. n. 21. Altimar. ad Rouit. cons. 15. nu. 13. Garz. de Nobilit. §. 2. art. 20. Osasch. decis. 88. nu. 26.* Tùm etiam, & absque vlla difficultate, quia, dato quod teneretur patefacere, (quod tamen non potest dari in iure citrà veri præiudicium, ex dicta ratione, quod Superior non tenetur reddere rationem suis inferioribus subditis,) attamen cum in eisdem Constitutionibus Ordinis ipsi P. Generali tribuatur facultas concedendi Dimissorias, vt promoueantur sui Religiosi ad Sacros Ordines si sibi visum fuerit,

rit,

rit,& ad Confessiones audiendas,necnon iudicãdi in prima instãtia causas grauissimas, ac insuper negligentijs inferiorum Superiorum supplẽdi addatur onus,& hæc omnia minimè in Prouincijs longinquis explere possint, nisi mediante Vicario Generali, qui eum certioret de statu totius Prouinciæ, & iuxtà indigentias promptè succurrat sic per alium faciendo ipse, quæ per seipsum facere nequit, adesse sanè causam iustissimam quoque apparet apertè, & tamen sufficeret, quod ità ipsi P. Generali videatur adhoc, vt ad deputationem deuenire possit, nam cum nullibi definitæ legantur tales causæ,causarum declaratio remanet in arbitrio ipsius P. Generalis, cùm ad eum spectet dubia constitutionum interprætari, tùm ex ipsis Constitutionibus sub *Cap. 43. ad med.* ibi = *Declarationi Prioris Generalis stare cogantur*, = prout in simili obseruat *P. Lezan. consult.* 10. *num.* 23., & generaliter *Portell. dub. Regul. verb: Generalis num. 6.*, tùm quia cùm nec nullibi prohibitum ei legatur quin possit, mediante aliquo Delegato, certiorari, ac instructum reddi de statu suæ Religionis in partibus Vltramontanis; meritò nec deputatio Vicarij Generalis ad nutum ad hunc effectum ei impediri debet, cùm ea omnia tanquàm Princeps facere possit, quæ non sunt ei prohibita, vt cæteris relatis *P. Lezan. consult. 39. n. 17.* Principi autem sufficere causam allegare, vt indè iusta præsumatur, benè *Valleron. de transact. tit. 4. quæst. 2. nu. 21.*, *Altimar. ad* Rouit. *dict. cons. 15. num. 13. in fin. lib. primo*.

Et de facto deducta ad examen fori contentiosi huiusmodi interpretatio coram clar. me. Card. Pallotta Ordinis V. Protectore vsque de anno 1640. ad instantiam Prouincialis Neapolis tunc eam impugnantis, canonizata fuit, per Sententiam definitiuam in iudicatum transactam declarantem *P. Priori Generali pro tempore existenti licuisse, & licère, eo absente, Vicarium Generalem suo loco subrogare, & deputare, qui omnimoda eius potestate, & iurisdictione vbique locorũ, (illa tantùm excepta Prouincia, in qua ipse Prior Generalis pro tempore reperietur) fungatur, & potiatur, & prout latiùs hìc in ea in calce relata*. Quæ quidem sententia non solùm vtì prolata à Card. V. Protectore, qui supremus est Iudex recursuũ in hac Religione ex speciali Constitutione Clementis Octaui, vt refert *Card. de Laurea in suo Epitome Canon. verb. Ordo Seruorum B. M. vers. penult.*, & ideò videatur obseruanda tanquam illa Regis in suo Regno, quæ habetur pro lege, ad tradita per *Afflict. decis.* 93. *Franc. decis.* 238. *num.* 2. Sed fortiùs, quia est super statum, quæ facit ius quoad omnes, *l. ingenuum, ff. de stat. homin.*, *Rota decis.* 108. *num.* 2. *par.* 16. *decis.* 31. *num.* 9. *decis.* 41. *num.* 8. *part.* 19. *Rec. Romana Prætij Palatij* 27. *Aprilis* 1678. *coram Vicecomite*, & cum sine oppositione in rem iudicatam transierit, tanti est, vt non ampliùs quæstio per eam soluta valeat in dubium reuocari, iuxtà *resp. Vulp. in l. 34. in fin. ff. de leg.*, & omissis alijs benè docet *cl. me. Card. de Luc. sub tit. de Regul. disc. 19. n. 6.*

Con-

Concurrente præfertim obferuantia tàm antè quàm poft ipfam rem iudicatam optimè confouente hanc noftram Conftitutionis interpretationem omnimodam liberam facultatem P.Generali concedentem; quæ obferuantia non folum remanet probata ex continua permanentia Vicarij Generalis in Germania, Corfica, & Sardinia, quæ fanè fufficeret ad retinendam iurifdictionem in totum ad Theor. *Bart. in leg.*1. §. *Si quis hoc num.*1. *ff.de itiner.act.priu. Rota decif.*333. *num.*14. *& feqq. part.*13.*recent. Bononien. Primitiarum* 30.*Ianuarij* 1665. §.*Nec refiftit. coram bon.mem. Albergato,* fed fortiùs quia in indiuiduo Prouinciæ Hifpaniæ nec exaduerfo negatur fed ingenuè fatetur, ideòque quatenus etiam aliqua dubietas, quæ non adeft, adeffe poffet, fublata pænitus ab hac indiuiduali obferuantia remanet, *vt plenè docent ad Text.in leg.fi de interpretatione ff. de leg.& leg. fed & Iulianus* §.*Proinde ff. ad Macedon.Gonzalez fuper Reg.* 8. *Cancell. gloff.*1. §.7. *num.*135. *Turricell. de vnion. Benefic. cap.*3. *num.*177. *in fine Rota coram Merlin. decif.*803. *num.*12. *coram Dunozet. iun. decif.*937. *num.* 27. *& melius decif.*966. *num.*17. *& decif.*65. *num.*12. *par.*15. *recent. & decif.*766. *num.*3. *&* 7. *par.*17.*recent.*

Non releuante prætenfo præiudicio P. Prouincialis, cuius iurifdictio, quam omnimodam in tota Prouincia habet non videatur turbanda, cùm poffit per eum certiorari Pater Generalis, ac eius mandata exequi, abfque eo quod opus fit recurrere ad deputationem Vicarij Generalis potiffimè ftantibus fcandalis, quæ ex tali deputatione oriri poffent, & quæ proindè femper euitanda. Quoniam quoad prætenfum præiudicium iurifdictionis Pater Prouincialis Aduerfarij obiectum ceffat in facto, & in iure, in facto nempe, quia nullum præiudicium demonftratur, nec demonftrari poteft, ex eo quia cum iurifdictio Vicarij Generalis fit in aliqua Prouincia fatis diuerfa ab illa Prouincialis in eàdem Prouincia, ex quo iurifdictio Vicarij Generalis in illa Prouincia eft eadem ac illa Generalis in tota Religione; eft namque tamquam Generalis in illa, eius iurifdictio non tangit illam Prouincialis quamuis inferiorem, ideoque verè, & realiter nullum præiudicium infertur per huiufmodi deputationem Vicarij Generalis in fua Prouincia, quia iurifdictiones non confunduntur ad tradita per *Paffarin. de elect. cap.*25. *num.*220. In iure autem, quia prætenfum præiudicium tanti non eft vt auferre valeat liberam facultatem deputandi Vicarios Ordinarijs in iure prout quotidiè videmus, quod licèt Archidiaconus, & Archipresbyter fint Vicarij nati Epifcopi, nihilominus fi minùs idonei, vel minùs fibi affecti, vel ex aliqua quacumque caufa non placent, folent Epifcopi, quibus Prælati Religionum comparari notum eft, deuenire ad deputationem Vicarij Generalis, non curato præiudicio illorum vt praxis quotidiana demonftrat, & obferuat *Barbof. de poteftate Epifcopi par.*3. *all.*14.

all.14. num.16. & seqq. clar. mem.Card. de Luca de Benef. dis.46. num.5.& 6. & de præhemin.disc.20.num.9.& 10. & alibi.

Quo verò ad scandala, corruit pariter obiectum in facto, & in iure: in facto, quia nullibi probantur, prout plenis iustificationibus probari deberentur, cum aliàs si assertionibus recurrentium standum esset,inutilis esset iudicantium labor; & quatenus etiam probarentur in facto nil pariter ad intentum deseruirent in iure, nam si timor dissentionum inter Religiosos, quinimò dissentiones ipsæ tanti essent, vt possint tollere facultatem à Constitutionibus superiori attributam actum esset de regulari disciplina, cum nimis facilis, & familiaris via effugiendi superiorum authoritatem eis aperiretur, & potius quàm pœna, præmium quodammodò de ipso scandalo consequerentur contrà monitum ipsius Saluatoris apud *Matth. cap.18. Necesse est enim, vt eueniant scandala, veruntamen veh. Homini illi per quem scandalum venit*, quod latè ex nostris expendunt *Couarr. in cap.peccatum in par.1.§,1.num.7.de reg. iur in 6.Menoch.de arbitr.cas.516.num.fin.*

Atque hinc vindicata itaque à contrariorum ratiocinijs libera facultas P. Generalis deputandi huiusmodi Vicarios, absque vlla restrictione facilius tolluntur authoritates exaduerso laudatæ. *Capon. namque discept.214. sub num.5.* agit de Vicarijs Prælatorum, & tantum disputat an illi possint subdelegare, *& Passarin. de elect.cap.25. sub num.220.* agit de Vicarijs Prouincialium, & quando dicantur isti Prælati, ideoque nil releuant aduersus nostram assertionem, quod nempè possint fieri Vicariorum Generalium deputationes in Hispania, Germania à Patre Generali ad nutum nempè tanquam Principe suæ Religionis, qui vult de statu illius in dictis Prouincijs per organum personæ sibi notæ ac probatæ experientiæ instrui. Resolutio verò Sacr. Congregat. relat per *Nicol. in Floscul. Vic. Generalis sub num.4. vers. deputare &c.* minus afficit, vltra quam quod enim, post decretum san.mem. Vrbani VIII. debent huiusmodi resolutiones authenticè produci ad hoc vt legis vim obtineant iuxta notat:per *Pasqualig. decis.moral.85.& decis.86.vtrobique num.7.Pellizar.Manual.Regul.lib.1. tract.4.cap.4. nu.108. Ciarlin. controuers.227. num.4. Nicol. lucubrat.par.1.lib.1. tit.10. §.vltimo num.76. & in Floscul. Sacra Congregatio §. Sed tamen sub num.2.Barbos.de iur. Eccles.cap.4. nu.83. lib.1.*, quia tunc dicuntur nomine Sacræ Congregationis promulgari, aliàs enim simpliciter per Authores relatæ in eorum tractatibus, cum non sint nomine Tribunalis editæ non attenduntur, vt obseruat de alijs iudicatis generaliter *Bellon.iun.cons.65.nu.56. ad med.* & de ijs Sacr. Congregation. *Engel. ad ius Can. in prohem.num.15.clar.me.Card.de Luca disc.1. num.17. annot. ad Sacr. Concil.*, quando etiam originaliter ostenderetur nil amplius afficeret cum sint in casibus aliarum Religionum, vt legenti patet, in

qui-

quibus ex alijs circumſtantijs moueri poterant EE. PP. ad ità respondendum, cùm ipſi non generaliter ſed ſæpe ſæpius ad opportunitatem præciſam cauſarum reſpondent, vt tradit ipſa Sac. Congreg. Concilij in Decret. relat. per *Barboſ. vbi ſuprà, & obſeruat P. Biſſius in Miſcell. moral. tract. 1. num. 150. Donat. rer. regular. tom. 1. tract. 8. quæſt. 4. à num. 16. & ſeqq.* non valet ex eis certa, & determinata ſtatui regula generalis ad deciſionem aliorum caſuum, vt ad rem ponderat *clar. mem. Card. de Luca in diſc. 1. annot. Sac. Concil. num. 11. & ſeq. & de regul. diſc. 72. num. 3. & diſc. 77. num. 3. vbi in ſpecie de recollect. per Nicol. in Floſcul. & alib. Portell. tom. 1. reſp. moral. 31. num. 3.*

Franciſcus M. de Campello Adu.
Alexander Palutius.

Ioannes Baptiſta tituli S. Syluestri in Capite S. Rom. Eccleſiæ Presbyter Card. Pallottus nuncupatus.

In cauſa deputationis Vicarij Generalis in Prouincia Neapolitana coram Nobis introducta inter admodum R.P. Priorem Generalem Ordinis Seruorum Beatæ Mariæ, & P. Prouincialem, & alios Fratres dictæ Prouinciæ Neapolitanæ eiuſdẽ Ordinis, viſis ſcripturis, & allegationibus hinc indè deductis, & auditis Procuratoribus, & Aduocatis pro vtraque parte informantibus, viſiſque videndis, & conſideratis conſiderandis. Dicimus, decernimus, & declaramus, Patri Priori Generali præfato, ac pro tempore exiſtenti licuiſſe, & licère, eo abſente, Vicarium Generalem ſuo loco ſubrogare, & deputare, qui omnimoda eius poteſtate, & iuriſdictione vbique locorum (illa tantum excepta Prouincia in qua ipſe Prior Generalis pro tempore reperietur) fungatur, & potiatur ac propterea talem deputationem factam, ſeù faciendam in præfata Prouincia Neapolitana legitimam, iuridicam, & canonicam fuiſſe, & fore, Fratreſque omnes, ad quos ſpectat, Vicario Generali, vt præfertur deputato, ſeù pro tempore deputando, ad obedientiam præſtandam iuxtà formam ſuæ Delegationis obligatos fuiſſe, & fore decernimus, & declaramus. Datum Romæ hac die 4. Iunij 1640.

Sententia clar. mem. Card. Pallottæ V. Protectoris.

I. Baptiſta Card. Pallottus V. Protector.

Loco ✠ Sigilli.

Petrus Sanctes Quatrinius Secretarius.

SACRA CONGREGATIONE

Episcoporum, & Regulariu
Emo, & Rmo D. Card:

GABRIELLI

Barchinonen.

PRO


A.R.P.M. Laurentio Raymundi
Ord. Seruorum B.Mariæ Virgini

CONTRA

A.R.P.M. Felicianum Melich Pro
cialem Prouinciæ Hispaniaru
eiusdem Ordinis.



Restrictus Facti, & Iu



Romæ, Typis Reu. Cam. Apost. 17
Superiorum permissu.